

22 Mars  
1572.

**J**oannes Franciscus Misericordie divina S. R. E. H. S. Ciriaci in  
Thermis presbyter Caelis Comendonis nunciatus S. M. D. N. Pij  
divina providentia Papae Quinti Sanctae Sedis Apostolicae in univer-  
sa Polonia de latere legatus. Vobis Canonicis Capto Nuncio seu  
Cancellario vel officiali d. Capto ecclesiae cathedralis Vorum, alijsq[ue]  
ad vos pertinet, committimus et mandamus, quatenus ad omnem re-  
quisitionem d. Coadiutoris, vel eius procuratoris, visis  
libris absq[ue] ulla mora omnia et singula acta in libris Capitu-  
laribus scripta ostendatis, et quae quovis modo personam Illmi et  
S. M. Caelis Vorum respiciunt, vel de eo mentione aliqua faci-  
unt in eorum proprijs originalibus vel transumptis veris et fi-  
deliter conscripta vel registrata nil addendo vel minuendo  
quod facti substantiam mutant aut variet intellectum, ita quod  
illis in iudicio et extra possit plenaria fides adhiberi, acta vero  
Coadiutori vel eius procuratori omnino extradant, et dent, vel per  
aliquem Nuncium sigillo autentico omnia acta, seu libros vel libros  
actorum, in quatuor annis circa confectos, mittant ad nos, sub poena  
Interdicti, suspensionis, excommunicationis, privationis beneficior[um],  
officiorum, dignitatum, et alijs penis arbitrio nro imponend. Alioquin  
si secus fecerint, quod non credimus, nos ipsos et eorum sin-  
gulos citamus et monemus pro decimo die a executione p[re]sentiu[m],  
et deinde alijs diebus et foris ad videndum per nos declarari,  
vos et quolibet v[est]rum incidisse in penas praedictas. Quibus-  
cunq[ue] in contrarium non obstant. In rorem fidem et testis-  
monium per Nuncium n[ost]rum subscribit sigillo nro munici mon-

damus. Das Varsvie Dioco Posnam in aedibus nre residentie, sub  
Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo secundo. Die  
xxij Mensis Martij. Pontificatus aut p[re]lati S[an]c[t]i L. N. Pij Papa Crimi:  
ti Anno eius Septimo.

Albertus Stanienski  
Notarius 20<sup>o</sup> scab.



Anno domini gro supra die vero 8. mensis Apri:  
lis, auscultata, remissa et collationata sub sce  
cum suo originali per me Stanislan Orzech  
dioco Posnam laicu SS. aucto Aplica et Impiali  
notario publicum et concordat cum eodem  
suo originali de verbo ad verbum, de gro  
fidem facio manu et signo meis p[ro]p[ri]is  
in fidem et testimonium p[re]mi Bore, sicq[ue]  
esse significo verificando p[re]missa omnia  
et singula in p[re]sibus contentis.

terminus 21 April.

Exponit die 11 April.

Super Resolutione  
deformatione